

Beiheft.

S. 57

1316 Nov. 18 [in octava beati Martini episcopi].

[1] 57

Agnes, Meisterin, und der ganze Convent baginarum parve domus in Bucholt
(Bucholt) erlassen für ihre Genossenschaft folg. Statuten:

Si qua puella nostri conventus contumaciter et pertinaciter in causa honesta et laudabili ultra triduum magistre et conventui sepius ammonita restiterit et rebellis exstiterit, talis a nostro conventu et consortio expelletur. Item si qua puella de nostra congregatione in lapsu carnis vel fornicatione, quod Deus avertat, veraciter et certitudinaliter deprehensa vel convicta fuerit, ita quod excusari non possit, iure nostri conventus et nostra societate perpetue sit privata. Item si qua in furto dampnoso deprehensa fuerit, ita quod iure honore carere debeat, nostro consortio privabitur et conventu. Item ordinavimus et elegimus, quod postquam puella in nostro conventu induita vel vestita fuerit, vel si in aliquo predictorum articulorum rea inventa fuerit, vel sine consensu contra voluntatem magistre et conventus a conventu recesserit, quicquid cum illa puella conventui datum vel promissum fuerit, in conventu pro utilitate domus perpetuo remanebit. Item ordinamus, quod quando aliquam puellam de nostris decidere contigerit, de rebus suis propriis pro salute anime sue legare poterit secundum desiderium suum cum magistre licencia et consensu.

Es siegeln der Prior der Dominikaner in Beuel und der Convent.
Orig. 2 Siegelreite; Lade 148, 1 (gehört in Lade 152).